



## Fragmentorum textus.

4. Usu in manum conveniebat, quæ anno continuo nupta perseberabat: nam velut annuâ possessione usucapiebatur, in familiam viri transibat, filiaque locum optinebat. Itaque Lege XII Tabularum cautum erat, si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, ut quotannis trinotio abesset, at que ita usum cujusque anni interrumperet.

5. Sei quei endo ioured manom consequent...

6. Initium fuisse secessionis dicitur Virginius quidam, qui cum animadvertisset Appium Claudium contra jus, quod ipse ex vetere jure in XII Tabulas transtulerat, vindicias filiae suæ à se abdixisse, et secundum eum, qui in servitute ab eo suppositus petierat, dixisset, captumque amore virginis omne fas ac nefas miscuisse, etc.

7. Tignom ionctom aidibos veiniaive et concapet nei solvitod.

8. Quod providenter lex (XII Tabularum) effecit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur; sed in eum qui convictus es junxisse, in duplum dat actionem.

9. Quandoque sarpta donec dempta erout.

## Paraphrasis.

4. Mulier quamvis nudo consensu viro juncta, si uno anno sine usurpatione, id est, interruptione trinotii, apud virum fuerit, in manum usucapta esto.

5. Si de quâ re in jure apud prætorem disceptetur, secundum eum qui possidet vindicias dato: exceptâ liberali causâ, in quâ secundum libertatem prætor vindicias semper dato.

6. Vid. leg. anteced.

7. Omnis materia juncta ædibus aut vinea ne vindicator, neque solvitor.

8. Qui aliena junxit, duplo damnator.

9. Certè ubi soluta demptaque fuerit materia, tiuncant vindicare jus esto.

## TABULA VII.—DE OBLIGATIONIBUS.

1. *Ambitus* proprie dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum et semipedis, ad circumeundi facultatem relictus.

2. Sciendum est in actione finium regundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus *Legis* scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse; nam illic ita est:

(Si quis sepen ad alienum prædium fixerit infoderitque, terminum ne excedito: si maceriam, pedem relinquit: si verò demum, pedes duos: si sepulcrum aut scrobem foderit, quantum profunvitatibus habuerint, tantium spatii relinquit: si puteum, passus latitudinem: at verò oleam, aut ficum, ab alieno, ad novem pedes plantato, cæteras arbores ad pede quinque).

## FONTES.

4. Gaius, *Instit.*, I, § III (edit. Berol. 1824).—Cf. etiam Gell., *Noc. att.*, III, 2; Macrob., *Saturnal.* I, 3.

5. Gell., *Noc. att.*, XX, 10.—Festus, s. v. *supersites* (?).

6. C. 2, § 24 D. *de orig. jur.*, ex Pomponio, *lib. singular.* Enchir.—Coll. Dionys. Halicarn. XI, 30.—Lib., III, 44.—Cic. *de Repub.* III, 32.

7. Festus, s. v. *Tignum*.—L. 6, 2, D. *de verborum significatione*, ex Gaio, *lib. XXVI ad edictum provinciale*. L. I, § I, D. *de tigno juncto*, ex Ulpiano, *lib. XXXVII, ad edictum*.—Coll. L. 7, pr. D. *ad exhibend.* et L. 235, § 1, D. *de verbor. signific.*

8. L. I, pr. D. *de tigno juncto*, ex Ulpiano, *lib. XXXVII, ad edictum*.—Cf. etiam L. 98, § fin. D. *de so-*

## FONTES.

*lution*, ex Paulo, *lib. XV question.*—§ 29. *Inst. de rerum divis.*—L. 23, § 6, D. *de rei vindic.*, ex Paulo, *lib. XXI ad edict.*—L. 6, D. *ad exhib.*, ex Paulo, *lib. XIV ad Sab.* L. 63, D. *de donat. inter. vir. et na.*, ex eod., *lib. III ad Nerat.*

9. Festus, s. v. *Sarpuntur vineæ*. (Tab. VIII.) I. Festus, s. v. *Ambitus*.—Cf. etiam Isidor., *Origin.* *lib. XV, cap. ult.*—Varro, *de ling. lat.*, *lib. IV, cap. IV.*—Volusius Mæcianus, *de asse et ejus partibus*, apud Gronov. *de sestertiis* (Lugd. Bat. 1691, pág. 398).

2. L. fin. D. *finium regund.*, ex Gaio, *lib. IV, ad Leg. XII Tabul.*



## Fragmentorum textus.

3. Hortous.—Hereditom.—Tougorium.

4. Ex hac autem non rerum, sed verborum discordiâ, controversia nata est de finibus: in qua quoniam usucapionem XII Tabulæ inter quinque pedes esse voluerunt, de pasci veterem possessionem academiæ ab hoc acuto homine non sinemus; nec Mamilia Lege singuli, sed ex iis (XII Tab.) tres arbitri fines regemus.

5. Si iourcant.

6. Viæ latitudo ex Lege XII Tabularum in porrectum octo pedes habet; in anfractum, id est ubi flexum est, sedecim.

7. Si via sit immunita jubet (sc. Lex), quæ velit, agere jumentum.

8. Si per publicum locum rivus aqueductus privato nocebit, erit actio privato ex Lege XII Tabularum, ut noxa domino caveatur.

9. Quod ait prætor, et lex XII Tabularum efficere voluit *ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur*; et hoc indicere effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret.

10. Cautum est præterea Lege XII Tabularum, ut glandem in alienum fundum prociidentem liceret colligere.

11. Venditæ verò res et traditæ non aliter emptori adquiruntur, quam si is venditori pretium osolverit, vel alio modo ei satisfecerit: velutti ex promissore aut pignore dato. Quod cavetur quidem etiam lege XII Tabularum tamen rectè diatur et jure gentium, id est jure naturali, id effici.

12. Sub hac conditione liber essa jussus, si decem millia hæredi dederit, et si ab hærede abalienatus sit, emptori dando pecuniam, ad libertatem perveniet: idque Lex XII Tabularum jubet.

## Paraphrasis.

4. Spatinum quinque pedum (quod vacuum inter duos agros erat ad accessum et circumductum aratri) usucapere jus non esto.

5. Si vicini de finibus disceptent; Prætor dirimendæ controversiæ tres arbitros dato.

6. Latitudo viæ, qua se rectè porrigit via, octo pedum esto: at ubi flexum est, sedecim.

7. Si via ab iis qui vicina præcedia possident munita non sit, jumentum agere quo quis velit jus esto.

8. Si aqua pluvia opere manu facto nocere poterit, Prætor, ad arcendam aquam ne noceat, tres arbitros dato: damni infecti nomine caveto.

9. Si arbor ex vicino fundo in vicinum impedeat, arbores illius rami quindecim pedibus altis circumcidantur.

10. Si fructus e vicino arbore in vicini fudum cadat, domina arboris legere fructum jus esto.

11. Res vendita tradita traditaque non ante emptori acquiratur, quam ad emptore venditeri aliqua ratione satisfactum fuerit.

12. Statuliber cub hac conditione liber eses jussus, si hoc vel illud dederit, si venditus postea fuerit, emptori dando liber esto.

## FONTES.

3. Plin., *Hist. nat.*, *lib. XIX, cap. IV, § I.*—Festus, s. v. *Hortus*.—Varro, *De re rust.*, *lib. I, cap. X.*—Festus, s. v. *Hereditum*.—Idem, s. v. *Tugorium*.—L. 180 D. *de verbor. significat.*

4. Cicero, *de Legibus*, *lib. I, cap. XXI*, ex edit Olivet.—Hujus Ciceroniani loci, cujus Olivetanum textum sequimur, hæc este explanatio. Quinque pedum spatium intra fines agrorum usu capi vetebat lex. Deind, post decemviro, lata est lex Mamilia, quæ, quoties de his quinque pedibus controversia esset, eligi arbitrum agrimensorem aut finitorem jossit, qui fines eos regeret et constitueret. Ultra verò quinque pedes, quoniam his non finalis, sed proprietatis est, Prætor adeundus erat. Jocus autem est ex ambiguo de finibus agrorum et bonorum.

Quidam pro: *inter quinque pedes esse volucrutn.* degunt, et Zellius ipse: *intra quinque pedes esse noluerunt*; sed mendosa videtur ista lectio. Intra quinque pedes est controversia, cum de illis quinque finitibus pedibus lis est *inter quinque pedes*, cum de possessione, prædio agro inter quinque pedes, id est inter limites, clauso, list est. Nam nunc agitur de possessione et fundo academiæ, quem Zeno usucapere conatur. Biennio enim Lege XII Tabularum fundus usucapiebatur; nulli tempore usucapiebantur limites quinque pedum.—Collig. eod. Theod., *lib. II, tit. XXVII; L. 3, et 4; et ibi Jacob. Gothofred* (edit. Ritter).

## TOMO II

## FONTES.

5. Nonius Marcellus, *de proprietate sermon.* *cap. V, § 34.*—Cicero, *de Republ.*, *lib. IV, cap. VIII*, edit Mai.

6. L. 8, D. *de servitutib. prædior. rusticor.*, ex Gaio, *lib. VII, ad edict. provinc.*—Coll. Varro, *de ling. lat.*, *lib. VI, cap. II.*—L. 13, § 2, et 3 C. *eod.*—L. 6, D. *Quomadmódum servit.*

7. Cic., *Or. pro Cæcin.*, *cap. XIX.*—Coll. Festus, s. v. *Amsegetes*.

8. L. 5, D. *Ne quid in loco publ.*, ex Paulo, *libro XVI ad sabin.*—Coll. L. 21, D. *de statulibert.*, ex Pomponio, *lib. VII, ex Plautio.*—Cicero, *Topic.*, *capitulum IX.*

9. L. I, § 8, D. *de arboribus cedendis*, ex Ulpiani, *lib. LXX, ad edict.* Coll. L. 2; D. *eod.*, ex Pomponio, *lib. XXXIV, ad Sabin.*—Paut., *Rec. sentent.*, *lib. V, tit. VI, § 13.*

10. Plin., *Hist. nat.*, *lib. XVI, cap. V.*—Coll. L. un D. *de glande leyendâ*, ex Ulpiani, *lib. LXX, ad edict.*—L. 236, § I, D. *de verbo signific.*, ex Gaio, *lib. IV, ad Legem XII Tabularum.*—L. 30, § 4, D. *eod.*, ex Gaio, *lib. VII, ad edict. provinc.*

11. § 41, *Inst. de rerum divit.*—Coll. Festus., s. v. *Sub vos placo.*

12. Ulpian., *Fraqm.*, *tit. II, § 4.*—Coll. L. 27, § I, D. *de statuliber.*, ex Pomponio, *lib. XVIII, ad Q. Mucium.*—L. 25 D. *etd.*, ex Modestian., *lib. IX differentiarum.*—Festus, *Statuliber.*



## TABULA VIII.—DE DELICTIS.

## Fragmentorum textus.

1. (Apud Græcos) fuit etiam lege concessum, ut, quod vellet comædia, nominatim diceret.... Nostræ contra XII Tabulæ, quum perpauca res rapite sanxissent in his hanc quoque sancendum putaverunt. *Si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve atteri.*
2. Sei membrum rupit ni con eo pacit talio estod.
3. Propter os verò fractum aut colissum trecentorum assium paena erat (ex lege XII Tabularum), velut si libero os fractum erat, at si servo, centum ei quinquaginta.
4. Sei injuriam faxit XXV aerias poemae suntod.
5. Roupeitias.—Sarcitod.
6. Si quadrupes pauperiem faciesse dicitur actio ex lege XII Tabularum descendit: quæ Lex voluit, aut dari id quod nocuit, id est id animal quod noxiam commisit, aut æstimationem noxiæ offerre.
7. Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eamque ego immisso pecore depascam, Aristo scribit non sibi occurrere legitimam actionem, qua experiri possim: nam neque ex Lege XII Tabularum de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur, neque de pauperie, neque de damni injuriæ agi posse: in factum itaque erit agendum.
8. Quei Frouges excantassit.—(Neve alienam segetem pellexeris.)
9. Frugem quidem aratro quæsitram furtim noctu pavisse, ac secuisse, puberi XII Tabulis capitale erat: suspensumque cereri necari jubebant, gravius quam in homicidio convictum: impubem Prætoris arbitratu verberari, noxamve, duplionem ve decerni.

## FONTES.

- (Tab. VIII.) 1. Cicero, *de Republ.*, lib. IV, capitulo X, ed lector.—Coll. August., *de Civit. Dei.*, libro II, cap. IX.—Cic., *Tuscul. quæst.*, lib. IV, capitulo II.—Arnob., *Adv. gent.*, lib. IV, pag. 89, edit. Elmenhorst. Horat., *Sat.*, lib. II, sat. I, v. 80 seq., ibique Porphyri. et Acron.—Corn. ad Persii *sat.* I, v. 137.—Paulus, *Rec sentent.* lib. V, tit. IV, § 6.—Festus, s. v. Occentassit.—Horatius, *Epist.* II, I, v. 152 seq.—Festus, s. v. P. (in fin h. litteræ).
2. Festus, s. v. Talio.—Gell., *Noct. att.*, lib. XX, cap. I.—Coll. Gaius, *Instit. comment.* III, § 223.—Caton., *Origin.*, lib. IV, apud Priscian. *Avs grammat.*, lib. VI, pag. 710, edit. putsc.—A. Gell., *Noct. att.*, lib. XVI, cap. X.
3. Gaius, *Instit. comment.* III, § 223.—Coll. Justinian., *Instit.*, § 7.—Gell., *Noct. att.*, lib. XX, cap. I.—*Collatio. leg. mosaicar.*, tit. II, § 5.—Paulus, *Rec. sentent.*, lib. V, tit. IV, § 6.

## Paraphrasis

1. Si quis publice aliquem difamaverit, eique convicium vel carmen famosum condiderit alterius injuriam seu infamiam, fustibus feriat.
2. Si quis alteri membrum aliquod rupit, ni cum eo pacisci velit, membrum ei pariter rumpere injuria affecto jus esto.
3. Qui dentem ex gingiva excusserit libero homini, trecentis assibus multatur qui servo, CL.
4. Si quis injuriam leviolem sive vervis, alter fecerit, XXV assibus multatur.
5. Si per injuriam damnum dederit... at si casu, damnum solvito.
6. Si quadrupes damnum dederit, dominus quadrupedis damni æstimationem offerro; vel si malit, quadrupedem ipsam noxa dato.
7. Qui pecus in alienam segetem vel frugem immiserit, pascendi gratia.....
8. Qui fructus alienos alienamve segetem incantamentis in alias terras transtulerit pellexerit, vel ne crescerent obligavorit.....
9. Qui frugem industrialem, aratro videlicet partam, furtim noctu paverit immaturam, vel maturam secuerit. Cereri sacer et devotus suspendio necatur. Impubes tamen si id fecerit, arbitrio Prætoris verberator, damnumque datum in duplum sarcito.

## FONTES.

4. Gell., *Noct. att.*, lib. XX, cap. 1.—Coll. Gell., *Noct. att.*, XVI, 10.—Paulus in *collat. leg. mosaicar.*, tit. II, § 5.—Gaius, *Instit. comment.* III, § 223.—Festus, s. v. vinginti quinque.
5. Festus, s. v. Rupitias.—Coll. Ulpiani. libro XVIII, *ad edict.*, in L. I, pr. D. ad leg. Aquil.
6. L. I, pr. D. Si quadrup. pauper. fec. die. ex Ulpiani, lib. XVIII, *ad edict.*—Coll., pr. J., Si quadrup. pauper. fec. die.—L. 6, § L. D. re judicat.
7. L. 14, § 3. D. de præsc. verb.—Ulpian. lib. XI ad sabin.
8. Priora verba desumpta sunt é Plini *Hist. nat.*, lib. XXVIII, cap. II.—Posteriora é Servio, ad Virgil. *eclog.* VIII, v. 99.—Coll. Senec., *Nat. quæst.*, lib. IV, cap. VII.—Augustin. *de Civit. Dei.* lib. VIII, capitulo XIX.—Plin., *Hist. nat.*, lib. XXX, cap. I.—Apulei, *Apolog.* I, pag. 304, edit. Elmenhorst.
9. Plin., *Hist. nat.*, lib. XVIII, cap. III.



## Fragmentorum textus.

10. Qui ædes acervumve frumenti juxta domum positum combuserit, vinctus, verberatus, igni necari jubetur: si modo sciens prudensque id commiserit: si vero casu, id est negligentia, aut noxiam sarcire jubetur, aut si minus indoneus sit, levius castigatur. Appellatione autem ædium omnes species ædificii continentur.
11. Fuit et arborum cura legibus priscis: cautumque est XII Tabulis, ut qui injuria cæcidisset alienas, lueret in singulas aeris XXV.
12. Sei nox Furtum factum siet sei im occesis ioured caisos estod.
13. Furem interdiu de prehensum non aliter occidere Lex XII Tabularum permisit, quam si telo se defendant.
14. Ex cæteris autem manifestis turibus liberos verberari addicique jusserunt (sc. *Decemviri*) ei cui fortum factum esset, si modo id luci fecissent, neque se telo defendissent: servos item furti manifesti presos verberibus affici et e saxo præcipitari, sed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam sarciri.
15. Concepti et oblatis (sc. *furti*) pæna ex rege XII Tabularum tripli est; quæ similiter à Prætoris servatur. Præcipit (Lex) ut qui quætere velit nudus quæerat, linteo cinctus, lancem habens; qui si quid invenerit, jubet id Lex furtem manifestum esse.
16. Nec manifesti furti pæna per legem (XII) Tabularum dupli inrogatur, quam etiam Prætor conservat.  
—Sei adorat Furtud, quod nec manifestom escit.
17. Fortivam (*rem*) Lex XII Tabularum usucapi prohibet.
18. Nam primo XII Tabulis sanctum, ne quis unciarior fænore amplius excceret.  
Majores enim nostri sic habuere, et ita in legibus posuere fuerem dupli condemnari, fæneratorem quadrupli.
19. Ex causa depositi, Lege XII Tabularum in duplum actio datur.

## FONTES.

10. L. q. D. de incend. ruina. naufrag., ex Gaio, lib. IV, ad leg. XII Tabularum.
11. Plin., *Hist. nat.*, lib. XVII, cap. I.—Coll. L. I, D. Arbor. furt. cæsar., ex Paulo, lib. IX ad sabin.—L. 28, § 6. D. de jurejur., eved., lib. XVIII ad edict.—L. II, D. Arbor. furt. cæsar., ex eodem, lib. XXII eod.—Gaius, *Instit. comment.* IV, § II.
12. Macrob., *Saturnal.*, lib. I, cap. IV.—Coll. Gell. *Noct. att.*, VIII, I, 18, *collat. leg. mosaic.*, tit. VIII, § 3. ex Ulpian, lib. VIII, *ad edict.*—Cicero, *pro Milone*, cap. VIII.—Senec., *Controvers.*, lib. X, fin.—Augustin. *Quæst. II, super Exodum.*—L. 4, § I, D. ad leg. Aquil. ibique Gaius, lib. VII, *ad edict. provinc.*
13. L. 54, § 2. D. de furt., ex Gaio, lib. XIII ad edict. provinc. Coll. locis ad antecedentem legem laudatis, additis L. 233, § 2. D. de verbor. signific., ex Gaio lib. I, ad leg. XII Tab.—Cic. pro Tullio frag., vol VI, pag. 460, ed Bipont.
14. Gell., *Noct. att.*, lib. XI, cap. 18.—Coll. Gaii,

## Paraphrasis.

10. Qui ædes aut acervum frumenti juxta domum positum, sciens, prudens dolo incendit, vinctus, verberatus igni necatur; si verò casu, damnum datum sarcito, aut si minus idoneus sit, levius castigatur.
11. Si quis alienas arbores injuria cæcidit, XXV assibus pro singulis arboribus cæsis multatur.
12. Si noctu fortum fiat furem autem aliquis occiderit, impune esto.
13. Quod si se telo defendant dominus cum clamore id prius testificetur: tum si occisi fuerint, jure cæsi sunt.
14. Si interdiu furtum aliquis fecerit, cumque aliquis in ipso furto deprehenderit, verberetur, ilique cui furtum factum fuerit addicatur, Servus, prius virgis cæsus, saxo Tarpeio dejiciatur. Impubes prætoris arbitrio verberetur, noxaque ab eo facta sarciat.
15. Si furtum per lancem et licium conceptum erit perinde ac si manifestum foret, vindicator.
16. Si agatur de furto non manifesto, fur dupli damnator.
17. Furtivam rem usucapere jus ne esto.
18. Si quis majus quam unciarum fænus (quod unciarum menstruum dependit, in centum) exercuerit, quadrupli pæna afficitur.
19. Si quid circa rem depositam apud se depositarius dolo malo admiserit, dupli pæna afficitur.

## FONTES.

- Instit. comment.* III, § 180.—Justin. *Instit.*; § 55 de *Obligat. quæ ex delict.*—Gell., lib. VII, cap. 15.—Serv. ad Virgil., *Æneid.* VIII, v. 205.—Isidor., *Origin.* lib. V, cap. 26.
15. Gaius, *Instit. comment.*, III, § 192.—Coll. Cell. *Noct. att.* lib. XI, cap. 18.—Ibid., XVI, 10.—Festus, s. v. Lance.
16. Prior locus est Gaii, *Instit. comment.*, II § 190.—Alter Festi, s. v. Nec.—Cf. Gell. *Noct. att.*, lib. XI, cap. 18.—Cato, *de re rustic.*, in proæm.
17. Gaius, *Instit. comment.* III, § 45.—Coll. ibid. § 49.—Justinian. *Instit.* § 2, de *usucapion.*—L. 33. pr. D. de *usucapion.* ex Julian., lib. XLIV. *Digestorum.*—Gell., *Noct. att.*, lib. XVII, cap. 7.
18. Prior locus est Taciti *Annal.*, lib. VI, cap. 16.—Alter Caton., *de re rust.*, in proæm.
19. Paulus, *Rec sent.*, lib. II, tit. XII, § II, in coll. *leg. mosaic.* tit. X.